

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitulum Septimum

suos ledere quos beneficijs spoliant. aut illorum locum sibi
vsurpant. et sic alijs preesse et non prodesse cupiunt. Unde
sicut bernhardum super canonica: **S**icut prelati id est rectores
ecclesiarum possunt habere lucrum pecuniarum. nihil curant
perditionem animarum. immo propter auariciam et innumera
publica mala scilicet fornicationes vsuras. adulteria symoniam
tollerando et dissimulando permittunt. **Q**uam autem ma-
lum auaricia sacerdotum faciat in plebe. **A**udite cum horro-
re. **P**etrus enim ravanensis et tractans illud exodi xxxi. quod
dixit aaron. **A**urum dederunt mihi et pieci illud in ignem et
egressus est hic vitulus. sic inquit. **Q**uare sacerdos. audi
aurum tibi datum est. et non habes illud de tuo patrimo-
nio vel labore. sed ex oblatione fidelium. **S**ed acceptum aurum
in ignem mittere est in ipsius concupiscentia corda homi-
num inflammaré. **I**gnis enim signat ardorem auaricie: **Q**ui in
hunc ignem ab eis mittitur quorum exemplis maxime agit.
et ardens ardetur. maxima enim in populo perturbatio est cle-
ricorum auaricia. deinde luxuria et superbia. **I**deo propter quod
sicut sanctum bernhardum. **I**n districto dei iudicio. iudicantur
non solum quia in his peccauerunt. sed etiam ideo quia suis
nephandis exemplis rudibus et simplicibus occasione pec-
candi dederunt. propter quod etiam in hac vita corda eorum
indurantur quod raro aut nunquam penitent. precipue hi qui pe-
ste luxurie aut auaricie infecti sunt. quia a nullo volunt cor-
rigi nec alicuius informacionem accipere. **S**icut enim decem
laici vel plures ab errore suo renouantur quam unus clericus.
vel literatus puerse viuens. **E**t ideo in sensum reprobum
multi tales iraduntur. et cecitate iusto dei iudicio percipiunt
et tenebre peccatorum obscurantur. ut lumen gratie percipere
non possint. **E**t de talibus clericis ait beatus augustinus. dicens
Maius preiudicium deus ab hominibus in mundo. non pa-
titur quam a sacerdotibus carentibus scientia et vita et precipue vi-
ta ut supra habes. **S**icut lxxxii. di. in ca. **N**emo ubi dicit.
Nemo in ecclesia amplius nocet quam qui puerse agit. nome-
n et ordinem sanctitatis vel sacerdotij habens quia hunc nul-
lus rebarguere presumit. quam impiter clerici iam viuunt prius